

- † Ego Iohanne de leone testis sum.
 † Ego dopnus (*sic*) Mitus testu sum (*sic*).
 † Angelus notarii Iohannis de Baro testatur.

Notitia testium:

Dopnus Mitus, lillus notarii Iohannis de Baro, angelus frater notarii Clementis. Iohannes Leonis bucerii.

N. 153.

A. D. 1336

(27 febbraio; Indiz. IV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale (S. Chiara).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	Magister Spina not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,43; larg. m. 0,32. Con qualche macchia.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	L'arciprete di S. Maria, <i>Guillelmus Rassensis</i> , permuta una casa <i>orreata</i> del Capitolo, posta <i>in pictagio Marcicani</i> , con un'altra anche <i>orreata</i> appartenente al Monastero di S. Chiara, nel medesimo <i>pictagio</i> . L'obbligo si contrae sotto pena di 6 once d'oro.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo tricesimo sexto. Regnante domino nostro. Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo septimo. Mense februarii vicesimo septimo die eiusdem. Quarte Inditionis apud Barolum. Nos Bartholomeus de Monte Regali auctoritate Regia ad contractus Regalis Baroli Iudex. Magister Spina puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes fatemur. quod predicto die, Constitutis in nostrum presentia providis et discretis viris Abbate Guillelmo Rassense Venerabili Archipresbitero Maioris Ecclesie baroli Et Capitulo Eiusdem Ecclesie ad sonum Campanae in choro dicte dicte Ecclesie in unum et ex more solito congregatis. ex una parte, Et notario Iohanne de Angelo russo de Barolo concive nostro procuratore ut constitit venerabili et Religiose Mulieris sororis Helisabet Venerabilis Abatisse Monasterii Sancte Clare in Barolo nec non et conventus dicti Monasterii procuratorio nomine *etc.* ex parte altera. Dicti Archipresbiter et Capitulum tam nomine eorum quam nomine et pro Parte dicte Ecclesie *etc.* consentientes prius in nos predicto iudicem et notarium ut in suos cum scirent nos ex certa eorum scientia non esse nec se fore nostre iurisdictioni subiectos *etc.* causa dignitatis ecclesiastice voluntarie coram nobis cum tota debita et iuris observantia permutaverunt dicto Notario Iohanni procuratori *etc.* domum unam dicte Maioris Ecclesie orreatam cum tabolato sistentem in dicta Civitate Baroli in pictagio Marcicani. a medio transende iuxta domum fanelli de Niversa dicti murigi et domum dicti Monasterii. a medio pariete iuxta aliam domum dicte Maioris Ecclesie baroli iuxta viam et iuxta Casile dicti Monasterii. Et dictum Notarium Iohannem procuratorem *etc.* dicti Archipresbiter et Capitulum, per dopnum francum de lilla procuratorem dicte Ecclesie vacuum et corporalem possessionem induxerunt et immiserunt. Ex qua eorum permutatione Archipresbiter et Capitulum dicte Maioris Ecclesie *etc.* Receperunt et habuerunt a dicto notario Iohanne procuratore dicti Monasterii *etc.* domum unam dicti Monasterii orreatam